

uni ex correlativis, censetur etiam facta alteri; idque verum est indistincte & in omni materia etiam odiosa & penali, ut optime declarat Cravetta de antiq. tempor. in 4. p. 5. Videamus n. 29. & Soem. conf. 74. n. 5. & seq. lib. 3. Curt. an. conf. 6. n. 15. & Dec. in l. 1. cod. de in jus voc. n. 7. verif. Primus.

Neque verò ea verba circa personas, salva ratione recti sermonis restringi possunt ad solos tactus corporis, sed cum sint generalia, referri debent ad quodcumque delictum, personas Monialium concernens, præsertim quia, ut dicit textus in capite, Nec solo, 32. questione 5. sæpè in tactis ab immunda violatione corporis fugit castitas ipsa de moribus.

Et hanc ob causam Gregorius legis conditor ore tenus, dixit suæ intentioni esse, ut in Constitutione comprehenderentur etiam mitrentes Epistolæ ad Moniales, quasi & hi dicerentur aliquo modo circa illarum personas delinquere, consideratâ latitudine illius dictionis circa; & quamvis de hac Gregorii declaratione nihil hodiè appareat authenticè, notitia tamen utcumque habita mentis Legislatoris promptiore reddere debet S. Congregationem ad declarandum illos esse in Constitutione comprehensos, qui non per litteras tantum, sed personaliter accedunt ad colloquendum cum Monialibus.

Et eò magis, quia littera Constitutionis propriè hanc interpretationem admittit, injuria enim advertitur personam dicitur fieri non solum re, quoties manus inferuntur, sed etiam verbis, ut cum convicium fit, nec tantum in corpus inferitur, ut cum quis pulsatur, sed aliquando etiam ad dignitatem aut infamiam pertinet, ut cum pudicitia attentatur, quæ sunt verba textus in l. 1. ff. de jurejur. & eodem modo actio in

personam inferri dicitur; & tamen corpus non tangitur, l. Abitionum genera & l. Actio in personam, ff. de act. & obligat. quod clariùs procedit in hoc casu in quo Constitutio non utitur verbis in personam, sed circa personam quæ latius patet ut superius diximus.

Hic non obstat quòd Constitutio tanquam pensata sit strictè intelligenda, quia hoc casu non agitur de poena Regularibus imponenda, absolutum est enim accedentes ad Monasteria sine licentia esse puniendos, sed solum agitur à quo hæc poena sit irroganda, an scilicet à Superiore Regulari, an ab Episcopo, unde Constitutio non debet propter strictè intelligi, sed potius late in favorem jurisdictionis ordinariæ, nam quamvis restringantur Religiosorum privilegia, sit tamen redditus ad jus commune antiquum, secundum quod Monachi & eorum Abbates tulerant Diocesano Episcopo, c. Abbates & cap. Monasteria 18. q. 2. & tradit Navarr. conf. 8. sub n. 3. de rescript. Planum est autem Constitutionem per quam fit redditus ad jus commune, favorabilem esse & late interpretandam, capite Cum dilectus, §. Caterum; & hic glossa communis in verbo Juri communi & Abbas numero 21. de consuetud.

Et nihilominus etiam lex penalis est late interpretanda quatenus patitur verborum proprietas, l. Cum lege, ubi Aret. ff. de testam. Roland. à Valle conf. 54. n. 39. verif. Nam dictiones lib. 3. & plenius Cravetta conf. 294. n. 2. verif. Amplius; & eò magis, quia per Constitutionem Gregorii tribuitur Episcopo jus procedendi contra Regulares exemptos auctoritate delegata, unde per hoc exemptionum privilegia non violantur, ut notat Abbas in c. Grave, n. 1. de off. Ord. & dixi in c. Tuarum n. 31. supra eod.

## DE PRIVILEGIIS

Idem Honorius III. V. quondam Anglorum Regina Illustri.

### CAPUT XXIV.

EX parte tua fuit propositum, quòd nonnulli litterati, quos nec habitu nec tonsurâ clericos profitetur, in terra tuæ jurisdictioni subiecta degentes, cum deprehenduntur in aliquibus foris factis, ut jurisdictionem tuam eludant, & debitam pro delictis ultionem evadant, assumant, seu etiam resumunt tonsuram abjectam, seu habitum Clericalem, licet antè pro laicis ab omnibus haberentur. Ne igitur tonsura, vel habitu sic resumpto, malitia foveatur, si tuam jurisdictionem exerceas in hujusmodi delinquentes, qui sine tonsura & habitu in delicto fuerint deprehensi, æquanimitè duximus tolerandum: cum malitiis hominum indulgeri non debeat, sed potius obviari.

### SUMMARIUM.

1 Qui in habitu & tonsura, & ceteris ut laici convertantur, deprehensi in maleficiis puniri possunt à Judice seculari.

2 EX parte, il terzo, Joan. Andre. & communiter Scribentes sic summant hanc Decretalem. Qui in habitu & tonsura & ceteris ut laici convertantur, deprehensi in maleficiis se pro Clericis non defendunt, sed quia per alia jura Clerici sive in minoribus, sive in sacris Ordinibus constituti

& in maleficiis deprehensi sine habitu & tonsura fori privilegium non perdunt, nisi ter moniti non desistant, ut cap. Contingit, il secondo infra de sentent. excomm. cum suis concordant propter hoc cap. quod videtur oppositum innuere, multipliciter à Doctoribus intelligitur: verior tamen & communior videtur intellectus glossæ penultima hic. Tu in proposito vide Alex. qui concordat cum glossa nostra in conf. 8. Videtur super primo n. 2. lib. 1. & quod scripsit in d. c. Contigit n. 6. 12. & 25.

DE

## DE PRIVILEGIIS

Idem Honorius III.

### CAPUT XXX.

IN his, quæ ad cultum divinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna esset potius interpretatio facienda. Undè mirari compellimur, quòd cum fratribus Prædicatoribus & Minoribus duximus indulgendum, ut ubicumque fuerint, sine Parochialis juris præjudicio, cum altari valeant viatico celebrare: quidam nimis strictè interpretando indulgentiam nostram, nituntur asserere, quòd per eam prædicti fratres præter Prælatorum assensum facere hoc non possint: propter quod eos celebrare juxta indulgentiam Apostolicam non permittunt. Cum autem nihil eis conferret memorata indulgentia, sine qua id Prælati annuentibus liceret eisdem: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus interpretatione hujusmodi reprobanda, dum tamen ab aliis, quæ jure Parochiali proveniunt, prorsus ablineant, datam eis sic licentiam celebrandi, auctoritate nostra non differas publicare: ita quòd dicti fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti.

### SUMMARIUM.

- 1 Fratres Prædicatores & Minores an possint in claustris Monasterii sui Ordinis in altari portatili Missam celebrare etiam invito Episcopo. Et quid de illius licentia & n. seqq. usque in finem.
- 2 Missa de jure communi an & quando possit celebrari extra Ecclesiam de licentia Episcopi.
- 3 Episcopus potest de jure concedere privilegium altaris viatici in sua Diocesi tantum & solus Papa in universo Orbe.
- 4 Fratres Prædicatores & Minores ex indulto Honorii III. uti poterant Altari viatici etiam Episcopo non permittente.
- 5 Privilegia sic debent interpretari, ut non sint inania, sed aliquid conferant præter jus commune, ibid.
- 6 Fratres Prædicatores & Minores etiam ante Concilium Tridentinum uti non poterant Altari viatici privilegio postquam habuerunt Ecclesiam consecratam.
- 7 Altaris viatici privilegium fuit innovatum à Sixto IV. & Alexandro VI. Quoad Minores tantum, non autem quoad Prædicatores.
- 8 Societatis Jesu Presbiteris altaris viatici privilegium à Concilio Tridentino ademptum restituitur à Gregorio XIII.
- 9 Fratrum Prædicatorum & Minorum privilegium in Altari viatico celebrandi fuit sublatum à Concilio Tridentino.
- 10 Privilegia etiam in corpore juris clausula non desinunt esse privilegia & ideo comprehenduntur in generali privilegiorum derogatione.
- 11 Altaris viatici privilegium Episcopis concessum cur non ademptum à Concilio.
- 12 Juri communi non est opus derogare, sed satis est, ut Princeps statuat contrarium ejus, quod jus commune disponit.
- 13 Privilegiis in corpore juris clausulis ex silio Concilii Fagnan. in V. Lib. Decretal.

- 14 Tridentini non consuevit expressè derogari.
- 15 Episcopus post Concilium Tridentinum non potest concedere licentiam domi celebrandi, ut infimus pro viatico communicetur.
- 16 Fratres Prædicatores & Minores non possunt in claustris suorum Monasteriorum celebrare in Altari portatili etiam de Episcopi licentia, & n. 19.
- 17 Secus si Altare sit fixum in Oratorio ad Divinum Cultum dedicato, ibid. & num. 22.
- 18 Tridentini Concilii decretum in unico §. Neve patiantur, fell. 23. de obsev. & evitaa. in celebr. Missar. expenditur & explicatur.
- 19 Principis domus, arces & palatia, in quibus Barones jurisdictionem exercent, comprehenduntur in prohibitione Tridentini Concilii de Missa in privatis domibus non celebranda.
- 20 Missa in privatis domibus celebrari non potest etiam in Oratorio ad Divinum Cultum dedicato, sed celebranda licentia petenda est, à Sede Apostolica.
- 21 Oratoria publica & privata qua constantur.
- 22 Episcopus non potest permittere, ut à Sacerdotibus secularibus aut Regularibus Missa celebretur extra Ecclesiam & extra Oratoria ad Divinum tantum Cultum dedicata.
- 23 Altaris portatilis usum Episcopus post Tridentinum Concilium concedere non potest etiam in locis publicis.
- 24 Episcopus potest concedere ex Tridentini Concilii præscripto, ut Missa celebretur in Oratorio ad Divinum tantum Cultum dedicato, dummodo illud non sit in privatis domibus.
- 25 Missa in Oratorio constructis pro usû Carceratorum, Confraternitatum, Hospitalium & Monasteriorum celebrari potest prævia licentia & approbatione Episcopi Diocesani, & num. 23.

T 3

indigeat, posse pœnas pecuniarias in suas necessitates erogare: quod tamen intellige ut dicam infra n. 21.

Tertio nota Prælatum agere posse pro injuria suo Clerico illata, ut hic, & in e. In primis, in princ. 2. q. 1. & in e. Ex parte, supra de re ipsa. Intatur enim injuria non dum persona ipsius Clerici, sed etiam Ecclesie universalis, & in e. Cum desideres, infra de jent. excomm. & c. Parochianos eodem tit. & hic notat glossa 2. Innoc. Abb. Antiqu. & Hostien. omnes in princ. Joan. Andr. n. 1. in ver. Pertinet, Butr. n. 2. Anchar. & Abb. Siculus ambo in primo notat.

Ultimo nota pro crimine ad pœnam pecuniariam civiliter agi, quia pœna pecuniaria non est vindicta, ut inquit Ian. hic in ver. Solvatur, cujus dictum notabile reputat Joan. Andr. n. 1. in eodem ver. & sequitur Butr. n. 2.

Quæro generaliter, an Episcopus possit pœnas pecuniarias sibi applicare.

Difficultas inde emergit, quia Episcopus dicitur habere fœcum, ut colligitur ex glossa in e. Quia diversitatem, in ver. Præter, supra de concess. præb. quæ dicit bona Clerici damni devolvenda esse in fœcum Ecclesie: quam glossa. asserit esse singularem hic Ant. de Butr. in fine, & Imol. col. 4. n. 42. veris. Et nota bene, dicentes, ubicunque ex delicto laici veniunt, confiscanda bona ipsius laici, tunc ex delicto Clerici licet confiscationem Camere Diocesani, non autem Camere fiscali laicorum, & quamvis illam glossam quidam intelligant de fœco Papæ, tamen Butr. Imol. & Abb. intelligunt eam de fœco Episcopi, & illam approbant etiam Abb. Joan. de Anan. & Marian Soccin. in e. Excommunicamus, in primo de hæret. idem post alios firmat Card. in Clem. Nolentes, ff. 1. in 3. q. 2. de hæret. ubi latè deducit Episcopum habere fœcum, Nicolaus de Ubal. in tract. de success. ab intest. in fine primi tract. success. Clericor. secular. & Alber. de Rol. in dictionar. in ver. Fiscus, & est communis opinio teste Covarr. variar. lib. 2. c. 9. n. 11. Julio Claro in præf. criminal. in §. fin. q. 60. n. 5. veris. In hac autem materia, & Peregrin. de jure fisci lib. 2. tit. 2. n. 105. veris. Sed contra pro Episcopo: quam etiam dicit venioser Felin. in e. Irrefragabili, §. Ceteram, n. 11. veris. Sed nihilominus ista secunda opinio, supra de off. Ordin. maxime propter autoritatem Rotæ, quæ deest, 4. de testam. in antiq. incip. Mortuo titro, decidit Ecclesiam habere fœcum per e. Quisquis, & per gloss. præ alleg. in dict. cap. 4. & per textum hic, & per gloss. præ alleg. in dict. cap. 4. Quia diversitatem: & propterea bona Clerici decedentis line hærede ex testamento vel ab intestato devolvi ad Curiam Ecclesiasticam, non autem ad Curiam Principis secularis. Addo Rotam apud Achil. de Grassi. dec. 2. in tit. de off. Ordin. sed quicquid sit de jure, hodie de consuetudine generalis Episcopus habet fœcum, ut testatur Joan. Franciscus Pavinus Rotæ in concilio edito in causa Beati Simonis impetito post consilio Oldrad. in 33. col. veris. Circa quartum, & Felin. post eum in dict. e. Irrefragabili, §. Ceteram, n. 11. ad fin. veris. Concludendo utar verbis Francisci Pavinii de off. Ordin. Joan. Bernard. Diaz. in præf. criminal. c. 132. alias 134. & latius c. 134. alias 142. & Covarr. loco citato.

Sed in oppositum est litera hujus textus secundum communem intellectum, de quo supra in princ. in primo notat. Pro solutione distingue, Aut pœna pecuniaria imponitur per sententiam, eo quod cum non sit limitata à jure infligitur arbitrio judicantis, ut in e. De causis, de off. deleg. cum concordantibus, de quibus per Henr. Boich. in e. In Archiepiscopatu col. 2. circa med. supra de raptor. Aut reperitur imposta & limitata à jure vel statuto.

Primo casu concludendum est Episcopum vel alium judicem Ecclesiasticum non debere suis usus applicare pœnam pecuniariam, quam infligit per tamentum arbitrio suo, sed debere illam convertere in utilitatem Ecclesie, vel usum pauperum, ut concludit Hostien. in e. Irrefragabili, n. 21. veris. Caveat tamen, de off. Ordin. & post eum Joan. Aqd. Bald. & alii, quos citat hic Felin. in §. Ceteram, n. 9. veris. Tertio conclusio. Quod precipuum habet rationem, licet DD. eam non adducant, videlicet ne propter æquum, & avaritiam arbitria in pœnis pecuniariis infligentibus sine immoderata & exceffa, argum. e. Quatuor modis in ver. Capitulate, & c. Pauper 11. q. 3. & c. Avaritia, de election. lib. 5. Et propterea à pœna arbitraria datur appellatio, licet secus sit à pœna expressa in jure, l. antepenult. ff. de verb. significat. & tenet glossa in e. Super his, in ver. Arbitrium, de accusat.

Quo sit, ut iudex Ecclesiasticus non possit sibi applicare multas pecuniarias, quæ infligentur ad arcendam contumaciam: tunc quia cum non sint limitate à jure, imponuntur arbitrio judicantis, d. l. antepenult. hic: quia certa pœna sicutulorum peccatorum sunt multa contra, quia ejusmodi potestas est quantum dicit, & notat Abb. in e. prox. n. 4. infra eod. & consequenter eodem jure, ceteri debent,

penas pecuniarias à jure vel statuto limitatas suis necessitatibus applicare. Et ita textum in e. Dilectus supra de off. Ord. & quod notat Archid. in d. c. si vos in glossa antepenult. in fine 23. q. 5. & in e. Venerabilibus, §. Denique de sent. excom. lib. 6. & hoc intendunt Host. hic, Joan. Andr. Henr. Boich. & Butr. omnes in fine, dum concludunt Episcopum habere dispensationem pœne pecuniarie de qua in textu; & tenere illam patri & distribueri, sicut facit de redditibus Ecclesie de quibus vivit, ut in e. Chm al.m. supra de elect. & c. fin. de peccal. Cler. atque ita Episcopum possit has pœnas sibi applicare, si verè & evidenter indigeat, firmat idem Host. Joan. Andr. & omnes in e. Irrefragabili de off. Ord. & hic testatur Felin. in §. Ceteram n. 9. veris. Limita duplitter, ut etiam allegat Imolan post Butr. in d. c. Dilectus in ult. col. cod. tit. & Gemin. in e. Quantum ad finem 18. dist.

Ratio est, quia ordinata Charitas &c. c. Nisi, supra de autor. & si pallis & qui vel elemosinam ordinare dare, à seipso debet incipere & eum sibi primam dare, ut dicit textus in e. Qui vult de pœnitent. dist. 3. dicit latissime in e. fin. d. n. 30. supra de peccal. Cler. Hinc obstrictus sacra elemosinam nomine alterius necessitate, potest etiam conferre sibi ipsi si in evidenti sit constitutus, ut resolunt Card. in eodem. i. quæst. 22. in fine de testam. Calder. cons. 31. eadem titulo; & alii plures quos refert & sequitur Felinus in dicto capite Irrefragabili, §. Ceteram, num. 9. in fine.

Ceterum, pœna Clericorum non residentium. Item pœna concubinariorum indistinctè pœna locis applicari debent, ut de illis cautum est in Decretis Concilii Tridentini, e. 1. sess. 6. hic Fabrica Ecclesie & pauperibus loci erogare: & de his in c. 14. sess. 15. hic Fabrica Ecclesie aut alteri pio loco.

Porò distinctionem superius propositam, an pœna pecuniarie sint arbitrarie vel à jure aut statuto limitate; & an Episcopus egeat nec ne, probavit S. Congregatio Concilii. Scripsit enim declaravit Episcopum, si indigeat, posse pro se retinere eas tantum pecuniarias quæ à Sacris Canonibus vel Sinodalibus statutis pro delictis ad certam quantitatem fuerint prehesite. Eas autem quæ vel ab ejus arbitrio pendunt vel per sententiam nullã præcedente Canonum vel statutorum Sinodalium determinatione imponuntur, nequaquam aliis quam suis locis vel usus applicare possit. Verum pœnas Clericorum non residentium, item concubinariorum, ac multas pecuniarias tenentur pœnis locis esse applicandas, quemadmodum Tridentini Concilii Decretis salubriter cautum est.

Postea tamen dixit Sacra Congregatio, consultus fore ut Episcopo egeat pro his pœnis sibi applicandis ad eam Sedem Apostolicam nec immerito, saltem ad tollendam infamiam facti & periculum conscientie evitandum, ut verbis Hostiensis utat in e. an. n. 17. veris. Consultus tamen de homo. lib. 6. nam cum pendet à iudicio arbitrio an quis sit pauper necne, ut notat Bart. in l. si constante, n. 14. ff. fil. Matr. & alii plures apud Menoch. de arbit. jud. lib. 2. cent. 1. casu 65. n. 6. non valet periculum ut Prælati iudicet sine paupertatis in causa propria, arg. e. Qui restitit & c. pauper 11. q. 3. cum præsertim non sit tutum in hac materia approprationis pœnam metri pauperum ex Decreto Concilii Tridentini in e. 14. sess. 23. nam hic Cathedralis quarum fructus non excedunt ducatos mille, æstimantur tenues ad hunc tantum effectum, ut pensionibus & fructibus reservationibus gravari non debeant. At nomo, in fallor, auderet affirmare Episcopum cuius redditus ascenderent ad novigentos ducatos, posse sibi retinere bona quæ ex commissione testatoris tenentur distribuere in elemosinam pauperum. Itaque hoc casu paupertas Episcopi prehesit & restrictus accipienda est, cum agatur de præjudicio pauperum & magis egentium, quibus pœnae sunt dispensandæ, ut in d. c. Non satis 86. dist. & notat hic Host. n. 3.

Successive quæro, an pœna pecuniarie possint ab Episcopo pro aliqua parte applicari Procuratori fiscali, executoribus ac Ministris Curie pro expensis Tribunalis & Palatii Episcopalis ac domus Vicarii.

Hæc quæstio quam meo tempore proposuit Sacra Congregatio Concilii Cardinalis Archiepiscopus Ravean. implicat plura dubia.

Quoad primum, est Procuratori fiscali actu interveniendi, si ita fe habeat constituto, assignari possit ex qualiter condemnatione decima pars ejus quantitatis in qua reus cum Camera se compertur, quemadmodum præscribitur in taxa fore Ecclesiarium edita à S. Congregatione super negotiis Episcoporum iustit Sanctæ memorie Clementis VII. nihil tamen eadem solvi potest ex ipsa pœna pecuniaria, cum hæc sit locis pœis integrè applicanda. Primo, ex dispositione juris communis, ut hic in textu, ubi notat glossa Bernardi in princ. & in verbo Utilitatis Ecclesie, Gemin. in e. un. §. si autem

in 3. not. de off. Ord. lib. 6. Host. Joan. Andr. & DD. in e. Irrefragabili cod. tit. Dec. in rubr. de jud. n. 66. ubi dicit opinionem illam quæ alruit pœnam pecuniariam deberi fisco, procedere de jure Civili, non autem de jure Canonico quo hæc pœna debetur iudici qui tenetur illam in pios usus distribuere; & Covar. var. resol. c. 9. n. 11. ubi post Abb. in e. 2. de success. ab intest. tradit esse quidem communem opinionem, Ecclesiam & Prælatum Diocesulum habere fœcum, non tamen id esse temerè permittendum ad explendam avaritiam Episcoporum, sed ut ea que eorum fisco fuerint delata, in usus pios erogentur. Et hoc, ut fallor, intendit glossa præ allegata in e. Quia diversitatem in verbo Prætor de concess. præb. cujus autoritati innituntur DD. affirmantes Episcopum habere fœcum, nam glossa dicit bona Clerici damni devolvenda esse in fœcum Ecclesie, non autem in Cameram Episcopi; & allegat textum in e. pen. de Cler. non resit. ubi deciditur proventus beneficiorum absentium qui superfluis deductis Ministrorum expensis in utilitatem Ecclesie esse convertendos: atque ita glossa nomen fisci usurpavit, non ad commodum Episcopi, sed ad utilitatem Ecclesiarum. Et ita etiam loquitur textus in decisione Rotæ allegatus in e. si quis deinceps 17. q. 4. ut patet hic & bona eorum Ecclesie istius juri perpetuo traduntur.

Deinde ex præcatis Decretis Concilii Tridentini, cap. 1. session. 6. cap. 1. sess. 23. cap. 5. & 14. sess. 25. Quibus pœna pecuniarie & multæ jubentur pœis locis applicari.

Tertio ex Constitutione secunda Sinodi Provincialis Ravennaten. à Sacra Congregatione Concilii recognita & emendata in tit. de judiciali foro Episcopi his verbis. Sciant Episcopi pœnas & multas omnes, siue ille Clericorum specul. alicor quorumcumque sint, usus pios applicandas, at tribuendas esse; nec licere Vicario aut alteri Episcopalis fori iudicis illarum partem aliquam, ullo colore præstare habere.

Ac demùm ex declarationibus sepè editis à Sacra Congregatione Concilii; & in specie eum Episcopus Tuderensis deputasset quendam Officialem, ad jus reddendum super damnis bonis Ecclesiarum illatis; eique applicasset pœnas pecuniarias, ob eam causam infictus sub certa annua responsione; & consulisset Sacram Congregationem, an id fieri potuisset: responsum est minime potuisse.

Rursum in Curia Episcopali Montis Alcin, pœna pecuniarie inter illius Ministros distribui consueverat, cum eis neque salarium ob nimiam Ecclesie paupertatem possent constitui, neque aliud perciperent emolumentum. Quas pœnas cum Episcopus locis pœis applicari iussisset; & ea de causa vis reverteretur qui operam suam dicte Curie præstare velle, petiit idem Episcopus, ut dicti Ministri saltem medietatem huiusmodi pœnarum percipere possent. De 10. Julii 1610. Sacra Congregatio censuit huiusmodi Ministros hæc de causa nihil percipere debere, neque quidquam esse adversus iustitiam que aliquod percipi vetas, concordandum. Quin imò hæc applicatio non modo prohibetur fieri Procuratori fiscali, sed etiam locis pœis, si id cedat aliquo modo in utilitatem Episcopi. Unde cum fuerit questum, an Episcopus vigore consuetudinis loci possit rati conscientia applicare pœnas vel multas Sacras vel Fabricæ Ecclesie, que est aliud habere, non tamen possunt abique auxilio impensis necessitate responderi. Sacra Congregatio censuit posse Episcopum huiusmodi pœnas applicare Fabricæ vel Sacris Ecclesie, dummodò talis applicatio directè vel indirectè non cedat in ipsius Episcopi utilitatem.

Et in casu Archiepiscopi Messanenis, censuit pœnas omnes, siue ex Constitutionibus Sinodalibus, siue ex præcepto Episcopi vel Vicarii proveniant, siue ex stipulatione Prætoris descendant, esse pœis locis, non autem Fabricæ Cathedralis Messanenis vel Sacris, cujus redditus sunt valde pingues, applicandas; injunxitque Archiepiscopo ut pœnas omnes locis pœis tantùm applicaret pœnarumque depositarum aliquem ex Capitulo constitueret, qui Archiepiscopo quorannis præsentem Capitulo rationem suæ administrationis redderet. Et successivè cum ad Federicum Pontium Archiepiscopum Messanenis tunc defuncti Vicarium atque Andream Maurum ad id deputatum multa aureorum millia pœnarum ac multarum nomine exacta; & ex Sacre Congregationis Decreto pœis usus distribuenda adhuc superessent, ad supplicationem Capituli Messanenis data fuerint litteræ ad Archiepiscopum Rheginum, ut eas in pios usus distribui faceret, atque distributorum rationem exigeret.

Et paulo post, conquerentibus Sacerdotibus Civitatis Messanen. quod Visitatores dicte Diocesis in suis visitationibus applicarent pœnas spretorum præceptorum Civitati Messanen. non autem locis pœis prædicte Diocesis, in maximum Ecclesiarum, Hospitalium & pauperum detrimentum. Sacra Congregatio censuit scribendum ad eundem Archiepiscopum Rhegin. ut se intrueret, an Decretum aliis à Sacra Congregatione factum servatum fuisset & Congregationi referret;

etiam in ea sit compagna & altare portabile & quandoque celebratur ibidem diebus festiuis, sed adhuc remanere prius & profinum allegat Feder. de Sen. conf. 130. Factum tale est & Abbatem in cap. Valentibus supra ad Feliam in c. De quarta n. 13. de scriptis. & alios quamplures. Et olim S. Congregatio consulta Utrum Episcopus si in loco a domo privata distincto, adit altare, non tamen oratorii formam habente possit licentiam celebrandi concedere; respondit oportere oratorii formam habere & visitari, & approbari ab Ordinario. Aliquando etiam fuit habitus relictus ad S. Congregationem pro licentia celebrandi Missam in altari politico in Ecclesia nondum consecrata & Congregatio concessit dummodo cum terra consecrata. Unde ex verbis Concilii aperte colligitur Episcopum non habere amplius facultatem concedendi usum altaris portatilis etiam in locis publicis, sicut olim habebat ex indulgentia Concilii Triburienfis & Agathensis.

Et confirmatur, quia quamvis oratoria auctoritate Episcopi fundata aliquando veniant appellatione beneficii, ut notat Abb. in cap. fin. in fin. de consilio & ideo possunt comprehendere sub regula de infirmis secundum Sarnen. in eadem reg. quasi 23. tamen in altaribus portatilibus regule Cancellarie & jura de beneficiis loquentia locum habere non possunt, ut tradit Quintil. Mandol. in reg. de Annal. quasi 17. num. 6. vers. In Altaribus viaticis.

Tertia conclusio, quae ex Concilio deducitur Episcopus potest concedere licentiam ut Missae sacrificium celebraretur in oratoriis publicis, seu ad Divinum tantum cultum dedicatis, dummodo illa non sint in privatis domibus, quia tunc non essent publica, ut ostensum est supra in prima conclusione. Probatur haec conclusio, quia dum Concilium prohibet ne Episcopi permittant ut celebraretur in locis extra Ecclesiam, & extra oratoria ad Divinum cultum tantum dicata: ergo permittit ut hoc fieri possit in Ecclesia & in oratoriis praedictis a contrario sensu & ex reg. cap. Nonne de presumpt. & l. Cum Praetor, ff. de jud. cum simi. nam prohibitum in uno casu, in alio censetur permittum, l. Cum lex, & ibi gloss. ff. de leg. Praeterea vero quia Concilium jubet ut oratoria ipsa prius designentur & visitentur ab Ordinario: ergo clare admittit ut idem Ordinarius dare possit licentiam in eis celebrandi; alias enim inania essent illa verba ab Ordinario designanda & visitanda.

Ex hac tertia conclusione inferitur, ut si Fratres Praedicatorum, vel Minores intendunt Missam celebrare in claustris non super altari portatili, sed super fixo & in capella, seu oratorio oculo & interfecto, sicut aliqua cernantur in claustris nonnullorum Monasteriorum Urbis, hoc eis non prohibetur de consensu Episcopi Dioecetani. Ratio est, quia tunc oratorium illud cum non sit in privatis domibus, sed in loco Religioso cum altari fixo & auctoritate Episcopi


designatum, dicitur publicum, cap. Auctoritate de privi. lib. 6. Mandol. in reg. de anal. quasi 17. num. 9. & fultus contentum est supra in principio. Unde succedit facultas Episcopi per Concilium attributa, aut saltem non adempta concedendi licentiam ut in eo Missae sacrificium celebrari valeat. Talia sunt oratoria Societatis Sanctissimi Sacramenti Beati Rochi Battentium & aliorum consimilium, quae reperitur erecta auctoritate Episcopi, de quibus loquitur Bald. conf. 162. Quidam Franciscus num. 4. vol. 5. Bart. in l. Sodales, num. 6. C. de colleg. illicit. Cardin. conf. 11. Quadam Societas num. 1. & seqq. Item oratoria Hospitalium, de quibus per Lap. alleg. 41. Calder. conf. 352. An Episcopus alias 23. de testam. Rom. conf. 477. in casu proposita num. 13. Paul. de Castr. conf. 167. Praesupposita lib. 2. necnon oratoria Fratrum, seu Eremitarum. Item Penitentium seu Jesuatorum, super quibus consulit Anton. de Butr. d. conf. 19. n. 19. Quippe in his, & aliis consimilibus tanquam in publicis oratoriis etiam hodie celebrare potest pravia visitatione & approbatione Ordinarii & super altari lapideo in forma sicut habent Ecclesiam, juxta text. in c. Clericos, c. Nullus & c. Altaria de consecr. dist. 1. & declarat. Rom. d. conf. 477. num. 13.

Quem sensum similiter sapienter admisit S. Congregatio: 23. nam olim consulta quae ratio tenenda sit Nole, ubi in custodia teneatur delinquentes in domo officialis ad hoc ut decenter possint Missam audire, stante decreto Concilii in d. c. Unica, censuit scribendum, est in privatis domibus non licet celebrare Missas: tamen si erigatur ad hunc usum, & in loco decenti oratorium ab Ordinario visitandum, & approbandum, tunc posse. Item Confraternitas Vallis oleae Palentinae Dioecesis olim transmissit suas Constitutiones in quibus illud reperitur adnotatum quod cum velint celebrare in quodam cenaculo dictae Societatis & Congregatio respondit oratorium tale debere ab Ordinario visitari, & approbari.

Ac demum respondit oratoria existentia in Monasteriis, vel hospitalibus ordinaria vel Apolonica auctoritate fundatis, non comprehenduntur in prohibitione Concilii in dicto vers. Neve parantur.

Ex quibus omnibus ad propositam quaestionem respondendum videtur Fratres Praedicatorum & Minores nequaquam posse in claustris Monasterii in altari portatili Missas celebrare etiam de Episcopi consensu. Ceterum si super altari fixo in oratorio ad divinum tantum cultum dedicato celebrare voluerint: posse id eis permitti ab Ordinario, ubi tamen locum prius visitaverit, ac divino cultui aptum, ac decentem esse compererit.

An autem altaris viatici privilegium competat S. R. E. Cardinalibus, dixi in c. Quod nonnulli, & n. 5. usque ad n. 31. supra cod.



DE POENIS

Ex Concilio Triburien.

CAPUT II.

Presbiteri interfecti compositio, Episcopo ad cujus parochiam pertinet, solvatur: ita ut medietatem utilitatibus Ecclesiae, cui praefuit, tribuat: & alteram in ejus elemosinam iuste disperiat: quia nullus ejus haeres proximior videtur, quam qui ipsum Domino sociavit.

SUMMARIUM.

- 1 Poena Presbiteri interfecti pars applicatur Ecclesiae, cui praefuit, alia pars pro ejus anima distribuitur.
- 2 Prelatus agere potest pro injuria suo Clerico illata.
- 3 Poena pecuniaria non est vindicta.
- 4 Poenas pecuniarias an Episcopus possit sibi applicare, & n. seq. usque ad n. 24.
- 5 Episcopus dicitur habere fiscum. Contrarium declaratur n. 16. & 17.
- 6 Bona Clerici damnati devolvenda sunt in fiscum Ecclesiae.
- 7 Confiscatio ex delicto Clerici fit Camera Episcopali, ubicumque ex delicto laici veniunt confiscanda bona ipsius laici.
- 8 Bona Clerici decedent sine haerede ex testamento vel ab intestato devolvuntur ad Curiam Ecclesiasticam, non autem ad Curiam Principis secularis.
- 9 Poena pecuniaria, quam iudex Ecclesiasticus imponit per sententiam arbitrio suo, converti debet in utilitatem Ecclesiae vel in usum pauperum.
- 10 Multas pecuniarias non potest iudex Ecclesiasticus sibi applicare.
- 11 Statuti conditor non potest sibi applicare poenam pecuniariam a statuto limitatam.
- 12 Episcopus si aliunde habeat unde vivat, non potest in suos usus convertere poenas pecuniarias a jure, vel statuto praescriptas & n. 21.
- 13 Intellectus hujus cap.
- 14 Poena qua pro facinoribus jam commissis infligitur, non arario Principis, sed publicis operibus sunt deputanda.
- 15 Fijca ratio non est habenda ubi de morum correctione agitur.
- 16 Episcopus nihil potest confiscare sua Camera.
- 17 Poena pecuniaria, qua imponitur pro damnis alteri illatis, cui fit applicanda & n. 29.
- 18 Episcopus si evidenter egeat, an possit sibi applicare poenas pecuniarias a jure vel statuto limitatas & n. 21.
- 19 Elemosinam obstrictus facere nomine alterius potest eam sibi conferre, si in evidenti necessitate sit constitutus.
- 20 Poena Clericorum non residentium, & concubinatorum indistincte pios locis, vel pauperibus sunt eroganda.
- 21 Episcopus quas poenas pecuniarias possit sibi applicare ex sententia Sac. Congregationis Concilii & n. seqq.
- 22 Pauperes Episcoporum in materia applicationis poenarum qualiter sit aestimanda.
- 23 Poena pecuniaria pauperibus magis egentibus sunt conferenda.
- 24 Poena pecuniaria an possit pro aliqua parte applicari ab Episcopo procuratori fiscali. Et an executoribus, & ministris Curiae n. 30. & 35. Et an pro expensis tribunalis n. 37. Et an in reparationem palatii Episcopalis, aut domus Vicarii n. 38.
- 25 Procuratori fiscali si ita se habeat consuetudo, assignari potest ex qualibet condemnatione decima pars ejus quantitatis, in qua reus cum Camera se composuerit.
- 26 Poena pecuniaria locis piis sunt integra applicanda.
- 27 Ecclesia habet fiscum, non tamen ad explendam Episcoporum avaritiam.
- 28 Poena pecuniaria quibus usibus erogari debeant ex Concilio provincialibus Ravennat. & Medionat. & numer. 34.
- 29 Poena pecuniaria nulla ex parte applicari possunt iudicibus ab Episcopo deputato super damnis datis Ecclesiae.
- 30 Ministri Curiae Episcopalis non obstante consuetudine, & Ecclesiae paupertate nihil percipere debent ex poenis pecuniariis & n. 35.
- 31 Poena pecuniaria non possunt ab Episcopo applicari fabricae, vel Sacrificae Ecclesiae, si id directe vel indirecte cedat in alicujus utilitatem.
- 32 Poena siue ex Constitutionibus Sinodalibus siue ex praescripto ordinarij proveniant, siue ex stipulatione praeiorum piis locis tantum sunt applicanda.
- 33 Depositarius poenarum ex Capitulo constitui debet, qui Episcopo praesente, Capitulo rationem administrationis reddat.
- 34 Poena non observantium dies festos pro tertia parte applicari debent accusatori.
- 35 Executoribus pro quarta.
- 36 Vicario Episcopali nulla portio ex poenis pecuniariis assignari potest.
- 37 Expense tribunalis ad Episcopum pertinent.
- 38 Poena quanam indistincte etiam in casu egestatis Episcopi locis piis sint applicanda.

Presbiteri. Legitur dupliciter. Primo exponendo litteram, hic, ejus, id est, Presbiteri interfecti. Et secundum hanc lectionem quae communiter tenetur, hoc dicit: interfecti Presbiterum puniendus est, & poena pars Ecclesiae, cui praefuit, alia pars pro ejus anima distribuitur. Secundum legitur exponendo verbum, ejus, id est Episcopi, & juxta hanc lectionem Decretalis hoc intendit. Medietatem poenae Presbiteri interfecti, Ecclesiae, cui praefuit, applicabit Episcopus; aliam vero medietatem in suas necessitates distribuet. Et huic secundae lectioni videtur congruere ratio, quae ponitur in fine textus, videlicet, &c. Quae ratio insinuat Episcopum aliquid commodi sentire ex hac distributione, ac proinde non esse nudum executores ad l. Sulpitius, ubi gloss. & Odofred. ff. de donat. inter vir. & uxor. notant Bart. Florian. & Alber. in l. Si quis Titio, de leg. 2. Roman. conf. 228. n. 2. & dixi plenius in c. Tua nobis, & n. 21 supra de testam. Nota primo secundum primam lectionem Episcopum non posse poenam pecuniariam sibi applicare, sed debere illam distribuere in pios usus, ut infra in prima, & secunda quaestione. Secundum nota juxta ultimam lectionem Episcopum, si verum

**1** N. h. Privilegiati ut ubique possunt cum Altari viatico celebrare, hoc possunt sine licentia Prelatorum. Hoc dicit, & sunt due partes. Prima ponit exordium, & factum dicit. Secunda providet, & rationem reddit; hic, *Cum autem*.

Nota privilegium Principis ita esse interpretandum, ut aliquod conferat ultra jus commune, ne alioquin sit elusivum, ut hic, *& in l. 1. Cod. de thesaur. lib. 10. cum concord. de quibus, hic in gloss. in Privilegium enim est privata lex, nec est publica, nisi aliquid specialiter indulgeret, dicit text. in cap. Abbat. vers. hic autem sensus de verb. signif. De hoc infra, n. 4.*

Quaro an Fratres Predicatores & Minores, ut hic dicitur privilegiati possint hodie in Claustro Monasterii sui Ordinis in Altari portatili Missam celebrare etiam invito Episcopo Diocesano non obstant decreto Concilii Trident. in cap. unic. sess. 22. de observ. & vit. in celebr. Missar. Et quid de illius licentia & approbatione.

Quamvis ex antiquorum Canonum prescripto Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrari non debeat nisi in consecrata, cap. 1. in fin. cap. Sicut non alii, cap. Unicusque cum concord. de consec. dist. 1. & pluribus confirmat Duran. de ritib. lib. 2. c. 2. adeo non liceat in privatis domibus celebrare etiam ex permissione Episcopi, ut in d. c. Sicut non alii in fin. & in Auth. Ut in privatis domibus sacra Ministeria non fiant, collat. 5. sed opus sit privilegio Apollithico, secundum Archid., in c. fin. in ver. Ad ecclesiam de privilegi. lib. 6. Tamen ex Concilio Tridentini relatum in cap. Concedimus de consec. dist. 1. Generaliter permittitur ut si Ecclesie consecrate fuerint ab infidelibus vel malis Christianis combuste, in capellis non consecratis cum tabula consecrata Missæ interim celebrentur donec consecratæ Ecclesie valeant restaurari: In itinere vero possint si Ecclesia defuerit, sub dio, seu in tentoriis, si tabula Altaris consecrata hie assuerit, liceat Missarum solemniam celebrare. Item ex Concilio Agatensis cap. 21. Permittitur iis qui sunt valde remoti ab Ecclesia Parochiali propter fatigationem familie sue, ut audiant Missas in minoribus festiuitatibus in Oratoris suis, sed in precipuis festiuitatibus Missam audiant in suis Parochialibus Ecclesiis: refertur in c. Si quis etiam de consec. dist. 1. Verum hos duos textus communitur DD. intelligunt non habere locum nisi de consensu Episcopi Diocesani, quod satis constat ex c. Missarum de consec. dist. 1. quod est eisdem Concilii Tridentinis: Missarum, inquit, solemniam non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis vel ubi ipsi permiserit, celebranda esse censetur. Item colligitur ex sexta Synodo c. 31. relata in c. Clericos eod. dist. & tradit gloss. in d. c. Concedimus in ver. Celebrari permittimus, & in c. Unicusque in ver. Licet eod. dist. & propterea Joan. Andr. in c. fin. de princ. lib. 6. in ver. Celebrare, dicit posse unumquemque Episcopum in sua Diocesi concedere hoc privilegium Altaris viatici iuxta text. in d. c. Concedimus, c. Clericos & cap. Si quis extra de consec. dist. 1. & solum Papam in universo Orbis, ut hic & in d. c. fin. eod. tit. lib. 6. Joan. Andr. sequitur hic Anton. de Butr. Anchar. & alii; & ita communitur tenent testatur Ab. hic n. 2. vers. Sic quoque & Navar. conf. 1. q. 37. de Consiit.

Post hæc Honorius III. concessit Fratribus Predicatoribus & Minoribus privilegium Altaris viatici, sed quia nonnulli assererant illud non habere locum absque consensu Episcopi Diocesani; idem Honor. in hac Decretali declaravit prædictos Fratres uti posse hoc privilegium etiam Episcopo non permittente, nam cum de licentia Episcopi unicuique liceat in Altari viatico celebrare absque alio Papa privilegio ex indulgentia Concilii Tridentinis, ut in d. c. Concedimus, indultio Honorii nihil illis contulisset præter jus commune si necessaria fuisset Episcopi licentia & privilegium fuisset omnino elusivum quod esse non debet, ut hic pater & notat gloss. in ver. Ex indulgentia; & Ab. in princ. qui ait hunc textum ad hoc quotidianè à Docteuribus allegari.

Demum supervenit decretum Tridentini Concilii in cap. unic. Neve patientur sess. 22. de observ. & vit. in celebr. Missar. de quo inferius dicetur.

Hic ita constituitur ad primam partem dubit videtur respondendum Fratribus Predicatoribus & Minoribus nequam licere in claustro, ut supra, Missam celebrare, præsertim Episcopo contradicente. Si quidem, ut inquit Joan. Andr. hic num. 8. post Host. n. 11. in ver. Consecrati, hac gratia utebantur isti fratres in novitate sua quando carebant propriis Ecclesiis & habebant Oratoria simplicia: hodie verò habent cæmeteria & consecrantur ipsorum Ecclesie. Unde nec in locis suis egent hoc privilegio ex quo habent alia Alaria consecrata. Sed & Anton. de Butr. hic num. 8. similiter dicit Fratres Predicatores & Minores habuisse hoc privilegium in prima novitate quando celebrabant in propriis

habitaculis, sed hodie habere proprias Ecclesias & consecratis, & ideo uti non posse hoc privilegio, quod in subdium fuit datum & sequitur Ab. n. 3. dicens Doctores tacite innuere, hos fratres non habere amplius hoc privilegium, nam olim fuit eis concessum, quia non habebant ita Ecclesias consecratis, sicut hodie habent, sed habebant quædam Oratoria non consecrata. Et quamvis Abb. subdat quod si hodie etiam de facto accideret, ut haberet aliqua loca non consecrata, fratres ad illa accedentes uti possent hoc privilegio, quia subesset ratio privilegii, tamen quid sit de veritate hujus limitationis certe illa non ampliatu casu nostro in quo agitur de Missa celebranda in claustro in quo absolutum est nullam subesse necessitatem celebrandi, cum sit in promptu Ecclesia, cui adiacet. Cessante igitur causa, ob quam privilegium fuit concessum, cessat privilegium, argum. c. Et si Christus supra de iurjur. & c. Cum cessante de appellatione. & ideo videmus indultum Concilii Tridentini celebrandi cum tabula consecrata, cum fuerit consecratis in defectu Ecclesiarum non habere locum in locis ubi Ecclesia non defuit, ut probat littera d. c. Concedimus de consec. dist. 1. hic, donec consecrata Ecclesia valeant restaurari, & hic si Ecclesia defuerit. Videtur enim inferri injuria Ecclesie & loco sacro, cum extra eam nulla necessitate cogente Missæ sacrificium celebratur, ut in cap. 1. & cap. Sicut non alii de consec. dist. 1. prim.

Neque obstat quod ait Angullinus Barbosa, in ver. 6. Duximus indulgentiam, num. 3. Privilegium hoc Fratribus Predicatoribus & Minoribus concessum celebrandi in Altari viatico postea fuisse renovatum & ampliatum à Sixto IV. Alexandro VI. & Gregorio XIII. ut asserit explicitè per Fratrem Emanuelum quæst. regul. tom. 1. quæst. 43. art. 4. Verè enim Sixtus IV. & Alexander VI. hoc privilegium non innovarunt nisi quoad Fratres Minores, ut refert Rodrig. in loc. à Barbol. alleg. Undè quoad Fratres Predicatores privilegium remansit in eodem statu in quo erat ante illius innovationem Gregorius autem simile privilegium concessit tantum Præbiteris Societatis Jesu quoad alios verò tantum abest ut illud innovaverit, ut potius declaraverit universis ademptum fuisse à Tridentina Synodo: sit enim in litteris directæ Præposito Generali & Præbiteris dicte Societatis: *Unum Altaris viatici Societati vestra à sel. record. Paulo Papa III. concessum, deinde à Concilio Tridentino, ut inter Missiones, &c.*

Sed quatenus adhuc vigeret indultio Honorii III. ita ut fratres Predicatores non prohiberentur illo uti ex hac capite rationis estantis à Docteuribus ut supra considerat & obstat tamen illis Tridentini Concilii decretum, d. c. Unico, sess. 22. de observ. in celebr. Missar. quod fuit illi privilegia omnia celebrandi etiam quoad Præbiteros Regulares extra Ecclesias & Publica Oratoria, atque ita etiam in altari portatili: ut constat clarissimè ex prædictis litteris Gregorii XIII. & infra explicabitur. Et in individuo hoc privilegium fratrum Predicatorum & Minorum à Concilio sublatum fuisse, tenet Navar. in Manuali c. 15. num. 82. in fin. & post eum Suarez tom. 3. disp. 81. sect. 3. in fin. & Henr. in sum. lib. 9. c. 27. num. 2. in gloss. Littera S. Quidquid contra levissimò ductu fundamento scripserit Emanuel Rodrig. de Regul. tom. 1. quæst. 43. art. 5. & Joan. Præp. in 3. par. quæst. 83. art. 3. num. 151. Hoc enim decreto etiam Regulares diversis verbis comprehenduntur; ideoque Congregationi Peregrinorum Ordinis Predicatorum olim suplicanti, S. Congregatio censuit consecrandam esse privilegii Apollithici confirmationem celebrandi in Oratoris & altariis portatilibus in illis locis, in quibus nulla suppetit commoditas Ecclesiarum Consecratarum.

Nec obstat, quod privilegium hujus, cap. In his, tanquam in corpore juris clausum non videatur à Concilio sublatum ad inhar similibus privilegii altaris viatici Episcopi, eorumque Superioribus concessi in cap. fin. de Privileg. lib. 6. quod ex sententia S. Congreg. à Concilio sublatum non fuit.

Id, inquam, non obstat primò, quia ex eo quod privilegium Honorii III. fuerit infernum in corpore juris non propterea delitit esse privilegium. Ideoque gloss. & DD. in cap. Quod nullis supra eod. dicunt privilegium, illud concessum Episcopi celebrandi iam tempore generalis interdicti hodie non esse privilegium, sed jus commune propter caput Alma mater de sententia excommunicationis, libro sexto, innotentes ante promulgationem d. cap. Alma Mater, illud fuisse privilegium, licet clausum esset in corpore juris Ratio autem cur Concilium non abulteret Episcopi privilegium altaris viatici non est, quia in corpore juris sit infernum, sed quia Episcopos, ceterosque Majores Prælatores, qui in tubiorum gradu Hierarchie Ecclesiastica constituti reliquis omnibus adificationes, & exemplo esse debent, non decet sine missa transire absque

**10** rationabili causa ullam diem, ut legitur in d. capit. fin. de privileg. lib. 6. efficit enim scandalosum ut Episcopi in suis Diocesi, vel extra eam iter facerent absque eo quod Missam celebrarent, vel audirent. Undè hoc indultum quod in præcipua honestate & decentia Pontificalis officii in Divini cultus augmentum, populique adificationem fundatur, non sunt censendi Patres Concilii voluisse vulnerare, cum hoc semper præcipuum haberent, ut Episcopi in his, que ad Religionem & Dei cultum spectant, ceteris præluceant, c. 1. sess. 24. cap. 1. sess. 25. & passim alibi. Lex enim respicit temper quid deceat secundum honestatem, cap. Magna de voto, cap. Erit autem lex 4. dist. 1. cap. Cum non deceat de elect. lib. 6. cum suis concord. At hæc ratio minime viget in inferioribus Sacerdotibus: imò vix esset sine scandalo, ut quilibet simplex regularis dictionum Ordinum haberet usum altaris portatilis: præsertim quia fortè in vim communicationis idem privilegium pretenderent etiam Regulares aliorum Ordinum. Hoc igitur casu propriè verificantur verba c. Sicut non alii, de consec. dist. 1. quod fatius sit Missas non cantare, aut non audire, quam in illis locis, ubi fieri non oportet.

**11** Respondetur secundo hoc argumentum posse in contrarium retorqueri: nam quamvis privilegium infernum in corpore juris faciat jus commune inter nominatos tantum, ut notat Joan. Andr. post Hostien. in cap. Ex parte il primo super ver. Ceteris de decim. & tenet gloss. 2. in cap. Constitutio nem de Regul. lib. 6. & in reg. Quæ de jure in fin. eodem lib. & in Clem. Duximus in ver. De jure de sepul. tamen juri communi non est opus expresse derogare, quia constitutio posterior tollit priorem contrariam, licet de illa mentionem non faciat cap. 1. & ibi DD. de Consiit. lib. 6. cap. Vasa de consec. dist. 1. cap. 1. de supra de cognat. spiritual. ergo ex eo quod privilegium in jure clausum fuerit cum eo, potius sequitur, ut eidem privilegio non sit opus derogare. Et ita per hanc rationem concludit Felin. in cap. 1. num. 11. vers. Tantius est tenere communem supra de reposit.

Responditur tertio Concilium Tridentinum quiescunt que fuit illi privilegia, fuit illud etiam infernum in corpore juris: nulli enim ex his Concilii in derogantibus generalibus concessis fieri mentio talis inferentis; ideoque in cap. 2. sess. 5. & in c. 15. sess. 23. fuit illud privilegia regularium inferna in Clem. Duximus de sepul. Item in cap. 8. sess. 7. & in c. 9. sess. 24. derogatur privilegii exemptionum, de quibus in c. Lumino 18. q. 2. & cap. Cum Episcopus de off. Ord. lib. 6. Item, in cap. 5. sess. 14. quoad durationem consecratorum fuit illud dispositio nem, cap. fin. de off. deleg. lib. 6. Item, in cap. 8. & 10. sess. 23. quoad Ordines & dimissiones, fuit illud privilegia inferiorum, de quibus in cap. Cum nullus de tempor. ordin. lib. 6. & in cap. Abbates de privilegi. eod. lib. Item, in cap. 18. sess. 24. ex sententia S. Congregationis fuit illud indultum infernum in cap. Cum ex eo de electione lib. 6. & alibi sæpè; & tamen inferentiones hujusmodi in jure communi nullam mentionem fecit & in multis aliis casibus, quos retuli in cap. Nonnulli à num. 42. supra de reposit. & in specie quidquid in contrarium scripserit, Suar. tom. 3. disp. 81. sect. 2. vol. 2. & Rodriguez de reg. tom. 3. quæst. 4. art. 6. decretum d. cap. unic. sess. 22. de observ. & cult. in celebratione Missæ abulit Episcopi facultatem concedendi etiam ex legitima causa usum altariis portatilibus in sua Diocesi; quæ habebant ex dispositione juris communi, juxta text. in d. cap. Concedimus & cap. Missarum de consec. dist. 1. ut solè probat Navar. conf. 1. quæst. 37. de Consiit. Et propterea cum Cardinalis Paleotus olim peritisset, in posse concedere licentiam domi celebrandi, cum infirmus deberet pro viatico communicari: Sacra Congregatio respondit non posse. Quin imò cum Cardinalis Legatus Portugalie petisset, ut posset concedere licentiam celebrandi Missam in domo privata decenter accommodata, cum infirmus aliquis deberet pro viatico communicari & hoc quia in illis regionibus sunt multe loca adè dispersa & remota à Parochiis, ut non sine maximo incommodo possit Eucharistie Sacramentum circumferri: Sacra Congregatio respondit non esse concedendum; ergo non est ambigendum, quin Conc. fuit illud privilegium Predicatorum & Minorum utrumque clausum in corpore juris, præsertim in d. c. Unico, & Neve patientur, dum prohibet ne in privatis Oratoris Missæ sacrificium celebraret, utitur dictione illa universali, quibuscumque, de cuius natura est, ut omnia includat, c. Solita vers. Quodcumque ligaveris supra de major. & obed. cap. Si tibi abfenti, ubi Archid. n. 4. in ver. Quicumque de preben. lib. 6. & comprehendere etiam ea, quæ alias in simplicis dispositione non comprehenderentur, gloss. in Clem. 2. §. Dignitatem in ver. Quodcumque de vit. & honest. Cleric. cum aliis allegatis per Sarnen. in regul. de trien. quæst. 2. num. 3. & 4.

**14** Quoad secundam partem dubii, an scilicet Fratres Præ-

dicatores & Minores possint in claustro Monasterii sui Ordinis Missam celebrare saltem prævia licentia, & approbatione Episcopi Diocesani, videtur sic distinguendum. Aut intendunt celebrare in altari portatili; & hodie non possunt etiam de Episcopi licentia; aut in altari fixo in aliqua capella ad Divinum cultum dedicata; & possunt, si Episcopus locum prius visitaverit & approbaverit. Utriusque propositionis veritas dilucide apparebit, si expendatur verba Concilii, in d. cap. Unico sess. 22. de observ. & vit. in celebr. Missar. quæ sic se habent: *Neve patientur privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam & ad Divinum tantum cultum dedicata oratoria ab eisdem Ordinariis designanda & visitanda sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi.*

Hic verbis Concilium primò prohibet, ne Episcopi permittant, ut Missa celebretur in privatis domibus. Deinde prohibet ne id fieri permittant in locis, que sunt omnino extra oratoria ad Divinum tantum cultum dedicata. Tertio præcipit ut hujusmodi oratoria prius designentur & visitentur ab Ordinario: ex quo contextu colligitur conclusiones infrascriptas.

Prima conclusio est, in privatis domibus nullo casu potest Episcopus permittit, aut indulgere, ut à sacerdotibus sive secularibus, sive regularibus Missæ sacrificium celebretur. Et in hoc sublati est facultas, quam Episcopi habebant ex dispositione feculæ, quam Episcopi habebant ex dispositione cap. Missarum de consec. dist. 1. ut dictum est supra num. 8. Undè cum olim dubitatum fuerit. An in domo Principis possit Missa celebrari quasi non veniat appellatio domus private; & quid de arebis & gallatiis Baronum, ubi exerceret jurisdictionem, S. Congregatio conseruit comprehendendo decreto Concilii hujusmodi loca. Que conclusio procedit etiam in privatis domibus constructum esset oratorium dedicatum ad Divinum cultum: nam nihilominus non liceret Episcopo imperiri licentiam illis celebrandi. Ratio est, quia cum in secunda prohibitione Concilium statuat ne Episcopi permittant, ut celebretur extra Ecclesiam, & extra oratoria ad Divinum cultum dicata: supervacaneus fuit prohibitio de non celebrando in privato ad cultum Divinum, satis enim fuisse simpliciter prohibere ne celebraretur in loco extra Ecclesiam & extra oratoria, ut supra dictum est: nam per hoc satis clarè fuisset prohibita celebratio in privatis domibus, in quibus non extaret hujusmodi oratoria. Ut ergo verba illa aliquid operentur, dicendum est Concilium nullo casu voluisse ut Missæ sacrificium fieret in privatis domibus, atque ita etiam in eis esset oratorium ad Divinum cultum dedicatum. Quam interpretacionem sequitur secuta est Congregatio, censuit enim oratoria intra domesticos parietes, aut in privato solo constructa, aut privati ædibus adjacencia, utcumque sint dedicata ad Divinum cultum, cenferi tamen privata, nec posse Episcopum indulgere, ut in eis sanctum Missæ sacrificium fiat, nisi habeant ostium, quod immèdiatè respondet in vitam publicam, & in ipsam nullus aditus, aut prospectus ex privati ædibus pateat. Quin imò sæpè declaravit oratoria adificata in agro, aut solo privato licet ab omnibus distincta, adhuc privata cenferi illi ostium respondeat in aream privatam ut cumque omnibus patentem quamvis his casibus aliquando rescripserit ad Episcopos, ut postquam Dominus soli per publicum instrumentum sit ante oratorium existens effiaciter & cum effectu renunciaverit, declaret oratorium illud esse publicum, ita ut sit in ipsorum facultate licentiam tribuere illic celebrandi, ubi tamen illud prius visitaverit, ac Divino cultui peragendo aptum, ac decens esse competere. In oratoris autem, que omnino sunt extra ædes privatas, respondet celebrandi licentias etiam ex causa Episcopos concedere non posse, sed petendas esse à Sede Apollithica, prout postea evictatum est. Olim hujusmodi licentia concedebantur à S. Congregatione Concilii. Hodie expeditur per litteras in forma Brevis.

Secunda conclusio, quæ desumitur ex verbis Concilii in locis, quæ sunt omnino extra Ecclesias, & extra oratoria ad Divinum tantum cultum dedicata Episcopi permittit non potest, ut Missa celebretur à Præbiteris secularibus aut regularibus quibuscumque. Pater hæc conclusio ex littera textus & ex ea satis clarè inferitur, ut Diocesanus Episcopus minime possit tribuere licentiam Fratribus Predicatoribus, vel Minoribus celebrandi in claustro super altari portatili: nam est clausum non sit domus privata; ideoque non cadit sub primam prohibitionem Concilii de non celebrando in privatis domibus, cadit tamen sub secundam de non celebrando in locis extra Ecclesiam & extra oratoria ad Divinum cultum dedicata; verè non clausum nec est in Ecclesia, nec altare portatili potest dici oratorium ad Divinum cultum dedicatum: ideoque Paris. conf. 34. circa resolutionem num. 14. & 15. vol. 4. respondeit domum Confraternitatis non esse locum sacrum, aut Religiosum



poralibus non subditos, poenis pecuniariis procedere possit, praeterit ex decreto Concilii Tridentini in cap. 3. *seff. 25. de reformat.*

15 In hac questione de iure communi maxima erat Doctorem dissentio, nam Episcopum non posse huiusmodi poenis animadvertere in laicos ubi alias in temporalibus non subditos pro delictis quae sunt de foro Ecclesiae scripserunt Host. & Joan. Andr. in cap. 1. *de homicid. lit. 6.* à quibus non videntur dissentire Doctores, qui tenent Iudicem Ecclesiasticum in criminalibus sui fori non posse laicos carceribus mancipare & punire, inter quos recentiorum idem Joan. Andr. in addit. ad *Speculat. l. 4. part. 1. rub. de offic. Ordin. & de majorit. & obed. Oidrad. conf. 86.* qui licet sub obscure loquatur, recte tamen perpenus pro hac parte debet adduci Anchar. in *reg. lra qua quast. 11. n. 17.* Ubi questione diligenter examinata, sequitur opinionem Joan. Andr. Rom. *sig. 703. Bonif. de Vitalin. post Zenzel. in Clemen. 1. de offic. Ordin. in fin. Alchar. in cap. 1. n. 22. de offic. Ordin. Massuer. in prax. tit. de Iudic. & coram iurisd. n. 20. Soccin. conf. 19. num. 17. & seq. l. 4. Augustin. de Armin. in addit. ad Angel. in tract. de malef. super verb. Fama publica n. 88. Boer. qui testatur variis Parliamenti Parisiensis Arreltis ita esse declaratum *quast. 227. n. 11. Capella Tholof. quast. 378. incip. Item fuit quastum, Clar. in 6. fin. quast. 37. vers. Unum scio, Franc. Marc. quast. 449. n. 1. & 2. Joan. Lupus in repetit. cap. Per vestras, in 2. notab. §. Sed est pulchro dubitatio, n. 18. de donat. inter. vir. & uxor. ubi**

17 prolata disputatione pro hac parte & ipse concludit. His addi possunt alii auctores qui existimant Delegatum Papae non posse mittere in possessionem bonorum laicalium, super quibus sententiam tulit, sed executionem huiusmodi obtinendam esse à Iudice seculari: atque omnes alii qui scripserunt in causis inter laicos ad forum Ecclesiasticum spectantibus, Episcopum, tamen ferre possit sententiam, non posse tamen mittere in possessionem bonorum laicalium, nam haec quoque opiniones istem nituntur rationibus quibus nititur hoc casu negativa opinio, ut Episcopus alius poenis quam censuris attingere vel cohibere non possit laicos delinquentes. Plurimi autem & graves sunt qui praedictas duas opiniones sequuntur, videlicet Innoc. in cap. *Significasti, prop. fin. de offic. Delegat. Host. ibidem, & Bald. Cardin. in Clement. 1. quast. 10. de offic. Deleg. Rebuff. in Comment. ad concordat. Franc. super rubr. De regia, ad Pralat. nominat. facien. super verb. Manibus nostris. Quapropter ex his autoritatibus simul junctis evidenter conquire videtur negativam opinionem esse communem, cum de ea res habemus tam antiquos Doctores quam etiam recentiores & tam eos qui illam sequuntur, quam illos qui discrepant ab ea, videlicet Joan. Andr. in d. c. *Significasti, Clar. d. quast. 37. Joan. Lupus in loco supra citato. Michael Graf. lib. 2. com. opin. cap. 8. n. 4. Jacob. Beret. qui contrariae opinionis fundamenta copiose refellit, conf. 5. per tot.**

18 Non desunt tamen graves Doctores, qui contrariam sententiam amplectuntur, videlicet Abb. hic, numer. octav. ubi reprobat opinionem Joan. Andr. tenet Episcopum posse imponere poenam pecuniariam laico temporaliter sibi non subiecto, quia inquit, ex quo est casus in quo etiam iudex Ecclesiasticus vendicat sibi jurisdictionem in laicos, non apparet ratio quare in casibus praedictis non possit imponere poenam pecuniariam; & pro hac opinione inducit textum in c. *Statuimus 16. q. 1. & in c. Quisquis 17. q. 4.* licet pro faciliiori expeditione iudex Ecclesiasticus possit hoc committere iudici seculari; & ita secundum eum procedunt iura in c. *a. de malef. & in c. Postulasti de Iudic.:* quae pro contraria sententia allegat Joannes Andreas; & sequitur totidem verbis Mar. Soc. hic in fin. & Felin. in c. *Infragabili, §. Caterum n. 5. supra de off. Ord. nec dissentit Joan. de Anan. in d. c. 2. col. 8. de malef. relatus à Felin. ubi supra, dum tenet poenam pecuniariam debere iudici seculari, etiam quando ipse punit laicum ad requisitionem Ecclesiastici, secus si ipse iudex Ecclesiasticus puniat, quibus scribi possunt etiam illi qui censent iudicem Ecclesiasticum in causis Ecclesiasticis posse contra laicos procedere etiam ad capturam & corporalem punitionem. Hi enim proculdubio sentiunt posse procedere etiam ad poenam pecuniariam, quia secundum Joan. Andr. & DD. in c. *un. supra de oblig. ad ratioc. magis est personam ditringere quam bona. Inter hos autem imprimis numerantur glossa unica in c. contra Idolorum 26. q. 5. Oidrad. conf. 86. Gem. & Frach. in c. cum Episcopus de off. Ord. lib. 6. Joan. de Anan. in c. *Qualiter & quando il secundo, §. Ad corrigendos, n. 10. de accusat. Foller. in prax. crim. Canon. part. 2. iudic. super verb. Aut inquisitione formati num. 17. & alii plures quos retuli in c. Pervenit, numero 22. supra de adulter. ubi etiam à num. 10. de harum opinionum varietate late differui & n. 28. ubi egi de opinione Innocentii superius relata num. 2.***

Cum ergo utraque opinio graves habeat Auctores & pluribus etiam rationibus inniatur: quae recentior à Doctorebus in locis superioribus citatis, valde esset difficile tanta concertationi ex iure communi finem ponere. Ceterum inspecto iure novissimo Tridentini Concilii d. c. 3. *seff. 25.* ad quod principaliter restrictum est dubium: haec questio videtur ferè indubitabilis; & quod Patres Concilii secuti videntur opinionem affirmativam tanquam veriore. Quod ut magis appareat, perpendendum est Sacrum Concilium longe diversam habuisse rationem, quam ea quae à Sacris Canonibus & Doctorebus ante ipsum Concilium considerabatur.

Nam ipsi eo spectabant, ut Episcopus pro executione suae sententiae & pro sua jurisdictione uteretur censurà Ecclesiastica, c. *Dilecto de sent. excom. in 6.* & censura non proficiente in defectum & subsidium brachium saeculare imploraret, iuxta not. in c. 1. *de off. Ord. & animadvertentur plerique ex DD. supra citatis, & in specie Franc. Marc. d. dec. 449. n. 2. & 3.* at Sacrum Concilium ne contingeret censuras frequenter fulminatas magis contemni quam formidari ordine inverso, ubi prius oportebat uti censuris; & in subsidium alia adhibere remedia, voluit prius experienda esse alia remedia, & in subsidium deveniendum ad censuras. Ac propterea sive approbando opinionem eorum qui existimant Episcopum posse has poenas adhibere etiam quoad laicos, sive novum jus statuendo mandavit iudicibus Ecclesiasticis, ut in causis judicialibus quoadcumque executio realis vel personalis propria auctoritate fieri poterit, abstineant à censuris, sed liceat eis in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscumque etiam laicos per multas pecuniarias seu pignorum captionem & personarum distractionem per suos proprios vel alienos executores faciendam; alique juris remedia procedere; & si executio realis vel personalis hac ratione fieri non poterit, eos demum excommunicatione propter alias poenas ferre. Idem postea constituit ipsum Concilium in causis criminalibus, ex quo Concilii textu ad dubii nostri decisionem plura notanda sunt.

Primum est, Concilium aperte vel improbare vel corrigere opinionem Host. Joan. Andr. Bald. & aliorum quae habetur in d. c. *Significasti de off. deleg. tenentium in causa restitutionis dotis quae pertinet ad forum Ecclesiae, non posse iudicem Ecclesiasticum qui sententiam tulit, eam exequi in bonis laicalibus, sed debere requirere brachium saeculare, nam Concilium quod procul dubio etiam hanc causam complectitur in illis verbis. In causis ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, aperte tribuit Episcopo potestatem procedendi ad executionem tam realem quam personalem per suos vel alienos executores.*

Ideoque cum aliis dubitatum fuerit, an Episcopi suas sententias in quibuscumque causis criminalibus & civilibus quarum cognitio ad eosdem noscitur pertinere, exequi possint, an verò ad illos tantum spectet cognoscere & iudicare de causis illis, executio verò pertineat circa Clericos ad Ministros Ecclesiasticos, circa laicos verò ad saeculares Sacra Congregatio censuit in causis quibuscumque tam civilibus quam criminalibus in quibus laici forum Ecclesiae sortiuntur, non solum cognitionem, verum etiam executionem ad iudicem Ecclesiasticum pertinere.

Quomobrem correctà illà opinione quae eandem habebat rationes quas habet haec de qua agimus & quae à DD. promiscue pertractatur, adeò ut Auctores illius opinionis etiam in loco dubio allegentur, tanquam unus & idem sit articulus: consequens est ut etiam in casu nostro Concilium voluerit licere Episcopo poenas pecuniarias atque alias laici iustigere in delictis ad suum forum pertinentibus.

Secundo, hoc idem confirmat ratio Concilii, cum enim velit censuris parcere utendum & in subsidium ad eas deveniendum, necesse erat Episcopis auctoritatem tribuere alia adhibendi remedia: alioquin implicaret contradictionem, ut censuris contra laicos uteretur in subsidium, utique aliis poenis eos coercere non posset, quia tunc cum sole censuræ suppeterent Episcopo, frustra iuberetur eas ad extremum referre.

Tertio, quia huic interpretationi congruent alia verba Concilii, quasi cum misterio posita ad hanc difficultatem tollendam, nam quoad Ecclesiasticos non erat dubium quin possent Episcopus aliis poenis procedere quam censuras; cum idem Concilium difficultati occurrens exprimit laicos & illa dictione etiam implicativa, quia in laicis erat opinionum diversitas. Praeterea Concilium addidit ea verba *per suos proprios aut alios executores*, ut insinuaret invocationem brachii saecularis, non esse hoc casu necessariam, nisi Episcopus ad eam confugere vellet; & post alias poenas adijcit verba illa: *anathematis mactone*, ut nulli dubium esse posset, ad solum anathema restrictam esse in laicos Episcopi potestatem. Quae omnia est dicta sunt quoad casus civiles, repetita tamen censentur etiam quoad criminales: est illis verbis ubi executio realis vel personalis, ut supra.

Haec omnia maxime confirmantur ex actis ipsius Concilii,

quae in arce S. Angeli afferantur, ubi enim habetur Decretum d. c. 3. conditum fuisse instantibus praecipue Regis Catholici Oratoribus qui Regis nomine conquirebantur, Episcopos facies esse ad censuras laicos infligendas; postulantque ut aliis poenis Episcopi antea experirentur, num iustitiae satisfacere possent, nec nisi in subsidium censuras fulminerent. Quomobrem si Concilium hanc viam pernam temporalem

Episcopus non aperuisset nec censuras ad extremum referuisset nec iura Regis petitioni satisfecisset; Et in hac sententiam saepius Sacra Congregatio Concilii Episcopis Regni Lusitaniae querentibus, respondit adeò ut quamvis res tunc examinata non fuerit, pro clara tamen habita sit ab omnibus; & nunc minime ab ea sit recedendum.

# DE POENIS

Innocentius III. London. Episcopo.

## CAPUT VI.

**T**uae discretionis prudentiam; & infra. Ad illud quod à nobis tertio requisisti, qualiter Clerici in latrocinii, vel aliis magnis sceleribus deprehensi puniri debeant: respondemus, quod à suis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis Monasterii, ad poenitentiam peragendam.

**T**uae. Clericus in magno crimine deprehensus, depositus in Monasterium detrudatur. Hoc dicit secundum Joannem Andream & alios communiter. Et secunda pars hinc respondemus. Pro intelligentia hujus tertii vide quod scripsi in c. *Cum non ab homine n. 100. de iudic.*



# DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS

Alexander Papa.

## CAPUT I.

**M**anifesta peccata non sunt occulta correctione purganda.

### SUMMARIUM.

- 1 Poenitentia publica pro manifesto peccato imponi debet & n. 15. & 17.
- 2 Poenitentia alia solennis, alia publica, alia privata.
- 3 Poenitentia solennis qua fit.
- 4 In usum revocatur à Concilio Mediolanensi II. libid.
- 5 Poenitentium quinque ordines.
- 6 Poenitentia solennis imponitur ab Episcopo tantum vel à Sacerdote de illius mandato.
- 7 Et pro peccato gravissimo totam Civitatem commovente.
- 8 Non iteratur, nisi alius habeat consuetudo.
- 9 Poenitentia solenniter sunt infames non ratione poenitentiae, sed ratione criminis publici.
- 10 Non promoventur ad Ordines nec in susceptis ministrant.
- 11 Episcopus tamen cum eis dispensat ad Minores, sed non ad Sacros.
- 12 Poenitentia publica qua fit.
- 13 Et pro quibus delictis fit injungenda, n. 12. vers. de iure tamen.
- 14 Poenitentia quae imponatur laico qui Presbiterum interfecit.
- 15 Poenitentiam publicam qui possint imponere & num. 18. 19. & 20.
- 16 Poenitentia solennis non est injungenda Clerico, nisi depositus; & quid de poenitentia publicata.
- 17 Poenitentia publicata injungitur pro manifesto peccato.
- 18 Peccatum eadem qualitate purgatur quò originatur. Qualitas eadem adesse debet in causa extinctiva qua adesse in causa productiva. Ibid.
- 19 Peccantes publice palam sunt corrigendi & n. seqq.
- 20 Tridentinum Concilium & Canones jubentes pro manifesto peccato publicam injungi poenitentiam, an habeat locum in foro Sacramentali & n. seqq.
- 21 Poenitentiarum Episcoporum & Sacerdotum, an possint ac debeant publice & scandalose peccantis imponere publicas poenitentias. Ibid. & n. seqq.
- 22 Poenitentiam publicam ex Concilio Tridentino potest Episcopus commutare in aliam secretam.
- 23 Praelati Regulares ex Concilio Tridentino non possunt suis subditis pro manifestis peccatis imponere poenitentiam publicam, sed debent eos corrigere intra septa Monasterii.